



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Theologia Germanica

Châteillon, Sébastien

[S.l.], 1558

Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54866](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54866)

**D**icunt nonnulli, debere hominem effici expertē sapiētiæ, voluntatis, amoris, cupiditatis, scientiæ, & cæterarum huiusmodi rerum: id quod non ita accipiendum est, vt in homine nulla sit sciētia, aut vt Deus in eo non sciatur, ametur, velitur, cupiatur, laudetur, aut honoretur: esset enim hoc ingens vitiū: esset homo pecudis similis. Sed eò veniendum est, vt scientia adeò clara perfectaq; sit, vt sciatur, hanc ipsam scientiam non esse hominis, aut creaturæ, sed tantū æternæ scientiæ, qui æternus sermo est, sic decedit homo, siue creatura, neq; id sibi, tanquā suū, arrogat: ac quò minùs sibi scientiam arrogat creatura, eò perfectior euadit. Eadē est ratio volūtatis, amoris, cupiditatis, & similibus. Nā quò minùs hęc sibi arrogat homo, eò euadit nobilior, clarior, ac diuiniior: & quò magis ea sibi arrogat, eò fit stupidior, vilior & imperfectior. Sic debet homo fieri harū rerum expertis: hoc est, eas sibi non arrogare. Igitur cū in hunc modum efficitur, expertis harū rerum

*Veteris hominis exultio.*  
*1 Cor. 3. d*  
 homo

T H E O L O G I A

*Col. 1. c.* homo, efficitur, vt sit hæc præclarissima, clarissimaq; scientia, quæ in homine esse possit: nec non præclarissima, clarissimaq; charitas, atq; cupiditas. Causa est hæc: Omnia sunt solius Dei. Melius est, & præclarius, vt sint Dei, quàm creaturæ, Vt autem ego mihi aliquid boni vendicem, ex eo fit, quòd ego id esse meum, aut me id esse opinor. Si sciretur à me veritas, sciretur etiam me illud non esse, aut illud non esse meum, neq; à me & similia. Ita fieret, vt concideret illa arrogatio. Præstat, vt Deus, aut quod Dei est, quoad eius fieri potest, sciatur, ametur, laudetur, & honoretur, vtq; homo putet se laudare, aut amare Deum: quàm vt Deus non laudetur, ametur, honoretur, et sciatur. Nã vbi opinio, & inscitia, in scientiam, cognitioneq; veritatis mutatur, concidit arrogatio: sic enim dicit homo: En miser ego & stultus, opinabar ego me id esse: atqui id verè Deus & est, & erat.

*Hominis vita  
quo pacto  
conceda.*

C A P V T V I.

**D**icit Boëtius: Quòd optimum nõ amamus, id fit vitio, & verè dixit. Deberet, quod optimũ est, maxime